

Physic. text. comm. LIV. & seq. & naturaliter, quia sine ipso non potest esse alius aliorum motuum: non enim augmentarur aliquid nisi praexistentem alteratione, per quam quod prius erat dissimile, convertatur, & fiat simile: neque alteratio potest esse nisi praexistentem loci mutatione, quia ad hoc quod fiat alteratio, oportet quod alterans sit magis proprium alterato nunc quam prius: est etiam perfectio prior, quia motus localis non variat rem secundum aliquid ei inhaerens, sed solum secundum aliud extrinsecum, & propter hoc est rei jam perfectio. Secundo, quia etiam inter motus locales est motus circularis prior & tempore, quia solus ipse potest esse perpetuus, ut probatur in VIII. Physic. text. comm.

LXIV. & naturaliter, quia est magis simplex & unus, eum non distinguuntur in principium, medium, & finem, sed totus sit quasi medium: & etiam perfectio, quia reflectitur ad principium. Tertio, quia solus motus cœli invenitur semper regularis & uniformis: in motibus enim naturalibus gravium & levium fit additio velocitatis. Oportet ergo quod motus cœli causa sit omnium aliorum motuum.

7. Adhuc. Sicut se habet immobile simpliciter ad motum simpliciter, ita se habet in mobile secundum hunc motum ad motum talum. Id autem quod est immobile simpliciter, est principium omnis motus, ut supra Lib. I. cap. xiiii. probatum est. Quod ergo est immobile secundum alterationem, est principium omnis alterationis. Corpora autem cœlestia sola inter corporalia sunt inalterabilia: quod demonstrat dispositio eorum, quæ semper eadem invenitur. Est ergo corpus cœlestis causa omnis alterationis in his qui alterantur. Alteratio autem in his inferioribus est principium omnis motus: nam per alterationem pervenitur ad augmentum, & generationem; generans autem est motor per se in motu locali gravium, & levium. Oportet ergo quod cœlum sit causa omnis motus in istis inferioribus corporibus.

Sic ergo patet quod corpora inferiora à Deo per corpora superiora reguntur.

### C A P U T LXXXIII.

#### Epilogus prædictorum.

X omnibus autem his quæ ostensa sunt, colligere possumus, quod quantum ad ordinis excoitationem rebus imponendi, Deus omnia per se ipsum disponit: unde super illud Job xxxiv. Quem posuit alium super orbem, quem fabricatus est? dicit Gregorius: „Mundum quippe per se ipsum regit qui per se ipsum condidit:” & Boetius IV. de consolatione prosa iv. Deus per se solum cuncta disponit. Sed quantum ad executionem inferiora per superiora dispensat: corporalia quidem per spiritualia: unde Gregorius dicit IV. Dialog. in hoc mundo visibili nihil nisi per invisibilem creaturam potest: inferiores vero spiritus per superiora: unde dicit Dionysius IV. cap. cœl. Hierar. quod cœlestes essentia intellectuales primi in se ipsas divinam edunt illuminationem, & in nos deferunt quæ supra nos sunt manifestaciones: inferiora etiam corpora per superiora: unde Dionysius dicit iv. cap. de div. Nom. quod Sol generationem visibilium corporum confert, & ad vitam ipsam movet, & marit, & auget, & perficit, & mundat, & renovat. De his autem omnibus simul dicit Augustinus in III. de Trinit. Quemadmodum corpora grossiora, & inferiora per subtiliora, & potentiora quodam ordine reguntur; ita omnia corpora per spiritum rationa-

lem, & spiritus rationalis peccator per spiritum rationalem justum.

### C A P U T LXXXIV.

Quod corpora cœlestia non impriment in intellectus

#### I. Part. quest. cxv. art. 4.

Ex his autem quæ præmissa sunt, in promptu appearat quod eorum quæ sunt circa intellectum, corpora cœlestia causa esse non possunt. Jam enim ostensum est cap. LXXXII. & LXXXIII. quod divina providentia ordo est ut per superiora regantur inferiora, & moveantur. Intellectus autem ordinis naturæ omnia corpora excedit, ut ex prædictis cap. XLIX. & LXXXVIII. patet. Impossibile est igitur quod corpora cœlestia agant in intellectum directe. Non igitur possunt esse causa per se eorum quæ sunt circa intellectum.

2. Adhuc. Nullum corpus agit nisi per motum, ut probatur in VIII. Phys. text. comm. LIII. Quæ autem sunt immobilia, non causantur ex motu: nihil enim causatur ex motu alicujus agentis, nisi in quantum moverit; passum autem moveatur. Quæ igitur sunt omnino extra motum, non possunt esse causa à corporibus cœlestibus. Sed ea quæ sunt circa intellectum, sunt omnino extra motum per se loquendo, sicut patet per Philosophum in VII. Phys. text. comm. XVI. & XVIII. & XX. quinammo per quietem à motibus fit anima prudens, & sciens ut ibidem dicitur. Impossibile est ergo quod corpora cœlestia sint per se causa eorum quæ sunt circa intellectum.

3. Amplius. Si nihil causatur ab aliquo corpore, nisi in quantum moverit dum moveatur, oportet omnino illud quod recipit impressionem alicujus corporis, moverit. Nihil autem moveatur nisi corpus, ut probatur in VI. Phys. text. comm. XLVI. XLIX. & seq. Oportet ergo quod cœlum sit causa omnis motus in istis inferioribus corporibus.

Sic ergo patet quod corpora inferiora à Deo per corpora superiora reguntur.

4. Item. Omne quod moveatur ab aliquo, reducitur ab eo de potentia in actum. Nihil autem reducitur ab aliquo de potentia in actum nisi per id quod est actu. Oportet ergo omne agens, & movens esse aliquo modo actu respectu eorum ad quæ passum, & motum est in potentia. Corpora autem cœlestia non sunt actu intelligibilia, cum sint quædam singularia sensibilia. Quum igitur intellectus noster non sit in potentia nisi ad intelligibilia in actu, impossibile est quod corpora cœlestia directe agant in intellectum.

5. Adhuc. Propria operatio rei consequitur naturam ipsius, quæ rebus generatis per generationem acquiritur simul cum propria operatione; sicut patet de gravi, & levi, quæ habent statim proprium motum in termino sue generationis, nisi sit aliquid impediens, ratione cujus generans dicuntur moveens. Illud ergo quod secundum principium sue naturæ non est subjectum actionibus corporum cœlestium, neque secundum operationem suam potest ei esse subjectum. Pars autem intellectiva non causatur ab aliquibus principiis corporis, sed est omnino ab extrinseco, ut supra Lib. II. cap. LXXXII. & seq. probatum est. Operatio igitur intellectus non directe subjacet corporibus cœlestibus.

6. Amplius. Ea quæ causantur ex motibus cœlestibus, tempori subduntur, quod est numerus primi

mi motus cœlestis. Quæ igitur omnino abstrahunt à tempore, non sunt cœlestibus motibus subjecta. Intellectus autem in sua operatione abstrahit à tempore, sicut & à loco: considerat enim universale, quod est abstractum ab hic & nunc. Non igitur operatio intellectualis subditur cœlestibus moribus.

7. Adhuc. Nihil agit ultra suam speciem. Ipsum autem intelligere, transcendent, speciem, & formam cuiuslibet corporis agentis, quia omnis forma corporata est materialis, & individuata; ipsum autem intelligere habet speciem à suo objecto, quod est universale, & immateriale: unde nullum corpus per formam suam corpoream intelligere potest. Multo igitur minus potest quodcumque corpus causare ipsum intelligere in alio.

8. Item. Secundum illud quo aliquid unitur superioribus, non est inferioribus subjectum. Anima autem nostra secundum quod intelligit, unitur substantiis intellectuibus, quæ sunt superiores ordine naturæ corporibus cœlestibus: non enim potest anima nostra intelligere nisi secundum quod lumen intellectuale inde sortitur. Impossibile est igitur quod intellectus operatio directe, motibus cœlestibus subdat.

9. Præterea. Huic rei fidem faciet, si consideremus ea quæ à Philosophis circa hoc dicta sunt. Antiqui enim Philosophi naturales, ut Democritus, Empedocles, & hujusmodi, possuerunt quod intellectus non differt à sensu, ut patet in IV. Metaphys. text. comm. XXI. & in III. de Anima, & ideo sequebatur quod intellectus sit quædam virtus corporea sequens corporum transmutationem: & ideo dixerunt, quod cum transmutatio inferiorum corporum sequatur transmutationem superiorum corporum, intellectus etiam operatio sequetur corporum cœlestium motus, secundum illud Homeri: *Talis est intellectus in diis, & hominibus terrenis, qualem in dies inducit pater virorum, deorumque, idest Sol, vel magis Jupiter, quem dicebant summum Deum, intelligentes per ipsum totum cœlum*, ut patet per Augustinum in Lib. de civitate Dei IV. cap. XI. Hinc etiam processit Storcorum opinio, qui dicebant, cognitionem intellectus causari ex hoc quod imagines corporum nostris membris imprimitur, sicut speculum imagines, & pagina recipit litteras impressas absque hoc quod aliquid agat, ut Boetius narrat in V. de consolatione prosa IV. & metr. IV. secundum quorū sententiam sequebatur quod maxime ex impressione cœlestium, intellectuales notiones nobis imprimerentur. Unde & Stoici fuerunt qui præcipue necessitate quadam fatali hominum vitam duci posuerunt. Sed haec positio inde falsa apparet, ut Boetius ibidem dicit, quod intellectus componit, & dividit, & comparat supremam ad insimil, & cognoscit universalia, & simplices formas, quæ in corporibus non inveniuntur. Et sic manifestum est quod intellectus non est sicut recipiens tantum imagines corporum, sed habet aliquam virtutem corporibus altiorum: nam sensus exterior, qui solum imagines corporum recipit, ad prædicta se non extendit. Omnes autem sequentes Philosophi intellectum à sensu discernentes, causam nostræ scientiæ non aliquibus corporibus, sed rebus immaterialibus attribuerunt; sicut Plato posuit (in Parmenide, Timæo, & VI. de Rep.) causam nostræ scientiæ esse ideas, Aristoteles autem III. de Anima text. comm. XVII. intellectum agentem.

Ex his omnibus est accipere, quod ponere corpora cœlestia esse causam nobis intelligendi, est consequens opinionem eorum qui ponebant intellectum à intellectum agentem. Ita sicut in aliis corporibus immaterialibus, ut in spiritu rationali, & in intellectu, & in voluntate, & in appetitu, & in operatione corporis, &c. non potest esse causa nisi intellectus, sed est causa intellectus. Ex his omnibus est accipere, quod ponere corpora cœlestia esse causam nobis intelligendi, est consequens opinionem eorum qui ponebant intellectum à intellectum agentem.

sensu non differre, ut patet etiam per Aristotelem in Lib. de Anima. Hanc opinionem manifestum est esse falsam. Igitur manifestum est & eam esse falsam quæ ponit corpora cœlestia esse nobis causam intelligendi directe.

Hinc est quod sacra scriptura causam nostræ intelligentiæ attribuit, non alicui corpori, sed Deo: Job XXXV. 10. ubi est Deus, qui fecit me; qui dedit carnina in nocte; qui docet nos super iumenta terra, & super volucres caeli erudit nos? & in Psalm. XCIII. 10. Qui docet hominem scientiam.

Sciendum est tamen, quod licet corpora cœlestia directe intelligentiæ nostræ causæ esse non possint, aliquid ramen ad hoc operantur indirecte. Licet enim intellectus non sit virtus corporæ, tamen in nobis intellectus operatio completa non potest sine operatio virtutum corporearum, quæ sunt imaginatio, & memorativa, & cogitativa, ut ex superioribus (Lib. II. cap. LXXXIII. circa fin.) patet: & inde est quod impeditus harum virtutum operationibus propter aliquam indispositionem corporis, impeditur operatio intellectus, sicut patet in phreneticis, & lethargicis, & aliis hujusmodi: & propter hoc etiam bonitas dispositionis corporis humani subjetat cœlestibus motibus: dicit enim Augustinus in V. de civitate Dei cap. VI. & VII. ultra med. quod non usquequamque absurdè dici potest ad solas corporum differentias afflatus quædam valere sideros. Et Damascenus dicit in II. Lib. orth. Fidei cap. VII. quod alii & alii planetæ diversæ complexiones, & habitus, & dispositiones in nobis constituant. Ideo indirecte corpora cœlestia ad bonitatem intelligentiæ operantur, & sic sicut Medicis possunt judicare de bonitate intellectus ex corporis complexione sicut ex dispositione proxima; ita Astrologus ex motibus cœlestibus sicut ex causa remota talis dispositionis. Et per hunc modum potest verificari quod Ptolomæus in Centiloquio dicit: *Cum fuerit Mercurius in nativitate alicujus in aliqua domum Saturni, & ipse fortis in esse suo, dat bonitatem intelligentiæ mediullitus in rebus.*

### C A P U T LXXXV.

Quod corpora cœlestia non sunt causæ voluntatum, & electionum nostrarum.

#### I. Part. quest. cxv. art. 4.

X hoc autem ulterius apparet quod corpora cœlestia non sunt voluntatum nostrarum, neque electionum causa.

1. Voluntas enim in parte intellectiva animæ est, ut patet per Philosophum in III. de Anima text. comm. XLII. Si igitur corpora cœlestia non possint imprimente directe in intellectum nostrum, ut ostensum est cap. LXXXIV. neque etiam in voluntatem nostram directe imprimente poterunt.

2. Amplius. Omnis electio, & actualis voluntas in nobis immediate ex apprehensione intellectuali causatur: bonum enim intellectum est objectum voluntatis, ut patet in III. de Anima text. comm. XXI. & propter hoc non potest sequi perversitas in eligendo nisi intellectus judicium deficiat in particulari eligibili, ut patet per Philosophum in VII. Ethic. cap. V. Corpora autem cœlestia non sunt causæ intelligentiæ

nostre. Ergo nec electionis nostre possunt esse cause.

3. Item. Quacumque ex impressione corporum celestium in ipsis inferioribus eveniunt, naturaliter contingunt, quin hæc inferiora sint naturaliter sub illis ordinata. Si ergo electiones nostre eveniunt ex impressione corporum celestium, oportet quod naturaliter eveniant, ut scilicet sic homo naturaliter eligerat operari suas operationes, sicut naturali instinctu bruta operantur, & naturaliter corpora inanima mouentur. Non ergo erunt propositum, & natura duo principia agentia, sed unum tantum, quod est natura: cuius contrarium patet in Aristotele in II. Physic. text. comm. XLIX. Non est ergo verum quod ex impressione corporum celestium nostra electiones proveniant.

4. Præterea. Ea quæ naturaliter fiunt, determinatis mediis perducuntur ad finem: unde semper, & eodem modo contingunt: natura enim determinata est ad unum. Electiones autem humanæ diversis mediis tendunt ad finem tam in moralibus, quam in artificialibus. Non igitur electiones humanæ fiunt naturaliter.

5. Amplius. Ea quæ naturaliter fiunt, ut plurimum recte fiunt, natura enim non deficit nisi in paucioribus. Si igitur homo naturaliter eligeret, ut in plurimum electiones ejus essent rectæ: quod patet esse falsum. Non igitur homo naturaliter eligit; quod oportet, si ex impulsu corporum celestium eligeret.

6. Item. Ea quæ sunt ejusdem speciei, non diversificantur in operationibus naturalibus, quæ naturaliter consequuntur: unde omnis hirundo similiter facit nidum, & omnis homo similiter intelligit prima principia quæ sunt naturaliter nota. Electio autem est operatio consequens speciem humanam. Si igitur homo naturaliter eligeret, oportet quod omnes homines eodem modo eligerent; quod patet esse falsum tam in moralibus, quam in artificialibus.

7. Adhuc. Virtutes, & vitiæ sunt electionum principia propria: nam virtuosus, & vitiosus differunt ex hoc quod contraria eligunt. Virtutes autem politicae, & vitiæ non sunt nobis à natura, sed ex assuetudine, ut probat Philosopus in II. Ethic. cap. I. ex hoc quod quales operationes assuecimus & maxime à puro, ad tales habitum habemus. Ergo electiones nostre non sunt nobis à natura. Non ergo causantur ex impressione corporum celestium secundum quam res naturaliter procedunt.

8. Adhuc. Corpora celestia non imprimunt directe nisi in corpora, ut cap. LXXXI. ostensum est. Si igitur sint causa electionum nostrarum, aut hoc erit in quantum imprimunt in corpora nostra, aut in quantum imprimunt in exteriora. Neutro autem modo sufficienter possunt esse causa electionis nostre: non enim est sufficiens causa nostra electionis quod aliqua corporalia nobis exterius praesententur: patet enim quod ad occursum aliquius delectabilis, puta cibi, vel mulieris, temperatus non moverit ad eligendum ipsum, intemperatus autem moverit. Similiter etiam non suffici ad nostram electionem quæcumque immutatio posset esse in nostro corpore ab impressione corporis celestis, quum per hoc non sequantur in nobis nisi quedam passiones, vel magis vel minus vehementes. Passiones autem, quantumcumque vehementes, non sunt causa sufficiens electionis: quia per easdem passiones incontinens inducitur ad eas consequendum per electionem, continens autem non inducitur. Non potest igitur dici, quod

corpora celestia sint causæ nostrarum electionum.

9. Amplius. Nulla virtus datur alicui rei frustra. Homo autem habet virtutem judicandi, & consiliandi de omnibus quæ per ipsum operabilia sunt, sive in usu exteriorum rerum, sive in admittingendo, & repelendo, intrinsecas passiones: quod quidem frustra esset, si electio nostra causaretur à corporibus celestibus, non existens in nostra potestate. Non est igitur possibile quod corpora celestia sint causæ nostra electionis.

10. Præterea. Homo naturaliter est animal politicum, vel sociale: quod quidem ex hoc apparet quod unus homo non sufficit sibi, si solus vivat, propriea quod natura in paucis homini providit sufficienter, dans ei rationem, per quam possit sibi necessaria ad vitam preparare, sicut cibum, indumenta, & alia hujusmodi, ad quæ omnia operanda non sufficit unus homo: unde naturaliter inditum est homini ut in societate viva. Sed ordo providentia non auferit alicui rei quod est sibi naturale, sed magis unicuique provideatur secundum suam naturam, ut ex dictis patet. Non igitur per ordinem providentiae sic est homo ordinatus ut vita socialis tollatur. Tolleretur autem, si electiones nostre ex impressionibus corporum celestium provenirent, sicut naturalis instinctus aliorum animalium. Frustra etiam darentur leges, & præcepta vivendi, si homo electionum suarum dominus non esset. Frustra etiam adhiberentur præmia, & pœnae bonis, & malis, ex quo non est in nobis hæc vel illa eligere. His autem desinentibus, statim socialis vita corruptitur. Non ergo homo est sic secundum ordinem divinæ providentiae institutus, ut electiones ejus ex motibus celestium corporum proveniant.

11. Adhuc. Electiones hominum ad bona, & mala se habent. Si igitur electiones nostre ex motibus stellarum provenirent, sequeretur quod stellæ per se essent causa malorum electionum. Quod autem est malum, non habet causam in natura: nam malum incidit ex defectu alicuius causæ, & non habet causam per se ut supra cap. XIV. ostensum est. Non est igitur possibile quod electiones nostre directe & per se a corporibus celestibus proveniant sicut ex causis.

Potest autem aliquis huic rationi obviare, dicendo, quod omnis mala electio ex alicuius boni appetitu provenit, ut supra cap. III. & IV. ostensum est, sicut electio adulterii provenit ex appetitu boni delectabilis quod est in venereis: ad quod quidem bonum universale aliqua stella movet, & hoc necessarium est ad generationem animalium perficiendam: nec debuit hoc communem bonum prætermitti propter malum particularē hujusmodi qui ex hoc instinctu elegit.

Hæc autem responsio sufficiens non est, si ponantur corpora celestia per se causa electionum nostrarum, utpote per se imprimientia in intellectum, & voluntatem. Nam impressio universalis causæ recipitur in unoquoque secundum modum suum. Effectus ergo stellarum mouentis ad delectationem quæ est in conjunctione ordinata ad generationem, recipietur in quolibet secundum modum sibi proprium, sicut videmus quod diversa animalia habent diversa tempora, & diversos modos commixtionis secundum congruentia sua naturæ, ut Aristoteles dicit in Libro de historiis animalium Lib. V. cap. VI. Recipient ergo intellectus, & voluntas impressionem illius stellarum secundum modum suum. Cum autem aliquid appetitur secundum modum intellectus, & rationis, non accedit peccatum in electione, quæ quidem semper ex hoc mala est quod non

non est secundum rationem rectam. Non igitur si corpora celestia essent causa electionum nostrarum, esse umquam in nobis electio mala.

12. Amplius. Nulla virtus activa se extendit ad ea quæ sunt supra speciem, & naturam agentis, quia omne agens agit per suam formam. Sed ipsum velle transcendent omnem speciem corporalem, sicut & ipsum intelligere: sicut enim intelligimus universalia, ita & voluntas nostra in aliquod universale ferunt, puta odimus omne latronum genus, ut Philosophus dicit in sua Rethorica. Lib. II. cap. IV. Nostrum igitur velle non causatur à corpore celesti.

13. Præterea. Quæ sunt ad finem proportionantur fini. Electiones autem humanæ ordinantur ad felicitatem sicut ad ultimum finem; quæ quidem non consistit in aliquibus corporalibus bonis, sed in hoc quod anima conjugatur per intellectum rebus divinis, ut supra cap. XXV. & XXXVII. & seqq. ostensum est tam secundum sententiam fidei, quam secundum Philosophorum opiniones. Corpora igitur celestia non possunt esse causa electionum nostrarum.

Hinc est quod dicitur Hier. x. 2. A signis cœli nolite mettere, quætement gentes, quia leges populorum vanæ sunt. Non igitur non die a magno magnip. ni Per hoc autem excluditur positio Stoicorum, qui ponebant omnes actus nostros, & etiam electiones nostras secundum corpora celestia disponi: quæ etiam dicitur fuisse positio antiqua Pharisæorum apud Judæos. Priscillianus hujusmodi erroris etiam rei fuerunt, ut dicitur in Libro de hæresibus Augustino auctore num. LXX. Hæc etiam fuit opinio antiquorum Naturalium, qui ponebant, sensum, & intellectum non differre: unde Empedocles dixit, quod voluntas augetur in hominibus, sicut in aliis animalibus, ad præsens, idest secundum præsens momentum, ex motu cœli causante tempus, ut Aristoteles introducit in Lib. de Anima II. text. comm. CL.

Sciendum tamen est, quod licet corpora celestia non sint directe causa electionum nostrarum, quasi directe in voluntates nostras imprimientia, indirecte tamen ex his aliqua occasio nostris electionibus præstatur, secundum quod habent impressionem super corpora, & hoc dupliciter. Uno quidem modo secundum quod impressiones corporum celestium in exteriora corpora sunt nobis causa alicuius electionis, sicut cum per corpora celestia disponitur aer ad frigus intensum, eligimus calefieri ad ignem, vel aliqua hujusmodi facere quæ congruant temporis. Alio modo secundum quod imprimit in corpora nostra, ad quorum immutationem insurgunt nobis aliqui motus passionum, vel per eorum impressionem efficiuntur habiles ad alias passiones, sicut cholericæ sunt proni ad iram; vel secundum quod ex eorum impressione causatur in nobis aliqua dispositio corporalis, quæ est occasio alicuius electionis, sicut cum nobis infirmantibus eligimus accipere medicinam. Interdum etiam ex corporibus celestibus actus humani causantur, inquantum ex indispositione corporis aliqui amentes efficiuntur, usi rationis privati, in quibus propriæ electio non est, sed mouent aliquo naturali instinctu, sicut & bruta. Manifestum est autem, & experimento cognitum, quod tales occasionses, sive sint exteriores, sive interiores, non sunt causa necessaria electionis, cum homo per rationem possit eis resistere, vel obediens; sed plures sunt qui impetus tales naturales sequuntur, pauciores autem, idest soli sapientes, qui occasionses male agendi, & naturales impetus non sequuntur. Et propter hoc dicit Ptolomæus in Centiloquio; quod

animal sapiens adjuvat opus stellarum; & quod non poterit Astrologus dare iudicia secundum stellas, nisi vim animæ, seu complexionem bene cognoverit; & quod Astrologus non debet dicere rem specialiter, sed universaliter, quia scilicet impressio stellarum in pluribus sortitur effectum, qui non resistunt inclinationi quæ est ex corpore, non autem semper in hoc vel illo, qui forte per rationem naturali, inclinatio-rioresistit.

C A P U T LXXXVI.

Quod corporales effectus in ipsis inferioribus non sequuntur ex necessitate à corporibus celestibus.

NON solum autem corpora celestia humanæ electioni necessitatem inferre non possunt, sed nec etiam corporales effectus in ipsis inferioribus ex necessitate ab eis procedunt.

1. Impressiones enim causarum naturalium recipiuntur in effectibus secundum recipientium modum. Hæc autem inferiora sunt fluxibilia, & non semper eodem modo se habentia propter maiorem, quæ est in potentia ad plures formas, & propter contrarietatem formarum, & virtutum. Non igitur impressiones corporum celestium recipiuntur in ipsis inferioribus per modum necessitatis.

2. Item. A causa remota non sequitur effectus de necessitate, nisi etiam sit causa media necessaria, sicut & in syllogismis ex majori de necessitate, & minori de contingenti, non sequitur conclusio de necessitate. Corpora autem celestia sunt causæ remota, proxima autem causæ inferiorum effectuum sum virtutes activæ, & passivæ in ipsis inferioribus, quæ non sunt causæ necessariae, sed contingentes, possunt enim deficeri ut in paucioribus. Non ergo ex corporibus celestibus sequuntur in ipsis inferioribus corporibus effectus de necessitate.

3. Præterea. Motus celestium corporum semper est eodem modo. Si igitur effectus celestium corporum in ipsis inferioribus corporibus ex necessitate provenient, semper eodem modo se habent quæ inferioribus sunt. Non autem semper eodem modo se habent, sed ut in pluribus. Non igitur ex necessitate proveniunt.

4. Adhuc. Ex multis contingentibus non potest fieri unum necessarium: quia sicut quodlibet contingentium per se deficeri potest ab effectu, ita & omnia simul. Constat autem quod singula quæ in ipsis inferioribus sunt ex impressione celestium corporum, sunt contingentes. Non igitur connexio eorum quæ in ipsis inferioribus contingunt ex impressione celestium corporum, sunt necessaria: manifestum est enim quod quodlibet eorum impediri potest.

5. Amplius. Corpora celestia sunt agentia naturaliter, quæ requirunt materiam in quam agent. Non igitur ex actione corporum celestium tollitur id, quod materia requirit. Materia autem in quam agentia corpora celestia, sunt corpora inferiora, quæ, cum sint corruptibilis secundum suam naturam, sicut cut deficeri possunt ab esse, ita ab operari, & sic eorum natura hoc habet ut non ex necessitate producant effectus. Non igitur ex necessitate proveniunt effectus celestium corporum in corporibus inferioribus.

Si autem aliquis forte dicat, quod necessarium est quod effectus corporum celestium compleantur, nec tamen per hoc tollitur possilitas à rebus inferioribus: eo quod quilibet effectus est in potentia antequam